



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

II. Markgraf Albrecht gründet der heiligen Jungfrau und den Aposteln Peter und Paul bei der Pfarrkirche zu Neustadt-Eberswalde zwei Altäre und dotirt dieselben mit Hebungen aus dem Hufenzinse zu ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

II. Markgraf Albrecht gründet der heiligen Jungfrau und den Aposteln Peter und Paul bei der Pfarrkirche zu Neustadt-Eberswalde zwei Altäre und dotirt dieselben mit Hebungen aus dem Hufenzinse zu Wernäuchen, am 19. November 1300.

In nomine sancte et Individue Trinitatis Amen. Nos Albertus, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, recognoscimus et in publicam notitiam devenire cupimus singulorum, quibus presentes fuerint recitate, Quod ad laudem et honorem Dei omnipotentis ejusque sancte matris Marie virginis perpetue ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum in parochiali Ecclesia Eberswalde duo Altaria ab ipsa ecclesia distincta et ab invicem distincta construximus et quodlibet ipsorum dotavimus octo fructis scilicet XXX solidis denariorum Brandenburgensium, dativorum et tribus Choris filiginis cum VI modis, et tribus choris hordei cum VI modis in censu mansorum oppidi nostri Warnow in festo B. Martini annis singulis attollendis. Dicta vero sedecim frusta ad eadem duo altaria cum omni libertate et mera proprietate perpetuo pertinebunt. Ambo vero sacerdotes eadem altaria cum pronentibus eorum habentes singulis diebus dicent vigiliis et missas animarum nisi festivitibus et diebus Dominicis fuerint impediti. In altari S. Pauli quotidie fiet memoria illustrium Principum felicis memorie Patris nostri Ottonis Brandenburgensium Marchionis et matris nostre Beatricis et charissimi fratris nostri Ottonis Brandenburgensium Marchionis, et filiorum nostrorum charissimorum Ottonis et Henninghi, Et similiter animarum nostre videlicet et uxoris nostre Mechtildis et heredum et successorum nostrorum perpetualiter ac etiam omnium fidelium defunctorum. In altari vero S. Petri quotidie fiet memoria famuli Segebandi de Berghe et similiter animarum omnium fidelium defunctorum. Collationem quoque eorundem duorum altarium nobis et nostris successoribus referuamus. Ut autem nostra donatio predicta ab omnibus tam presentibus quam futuris illesa et inviolabilis in perpetuum observetur, presentes inde confectas sigilli nostri appensione fecimus communiri. Testes quoque hujus sunt reverendus pater Dn. Johannes Abbas ecclesie Leninensis, frater Wilhelmus prior Domus predicatorum in Colonia, Dn. Bruno de Berlin, Dn. Johannes de Landesberg Capellani nostri, Johannes Sparro, Heino de Pule, Heino de Oderberg milites, Theodoricus de Barnum, Gheradus Wrist, Theodoricus Repekow, Michael et Henricus de Thene et Conradus de Schönebeck vasalli nostri et plures alii fidedigni. Datum Eberswolde per manum Johannis, tunc nostri Notarii, Anno Domini Millesimo Trecentesimo, die B. Elizabethæ.

Nach Seidel's handschr. Urkunden-Sammlung.

III. Markgraf Albrecht bekundet die Stiftung des Marien- und Johannis-Altars in der Pfarrkirche zu Eberswalde, der gleichfalls mit Hebungen aus dem Hufenzinse zu Wernäuchen dotirt wird, am 19. November 1300.

Nos Albertus, d. gr. marchio Brandenburgensis, Recognoscimus — quod in Ecclesia parochiali Civitatis Everwalde ad laudem Dei omnipotentis eiusque matris Marie Virginis perpetue et beati Johannis Evangeliste, Ad salutem quoque animarum nostre videlicet, et Magnifici principis domini Ottonis, Brandeborgensis Marchionis, charissimi fratris nostri, Progenito-